ris Ecclesiam locupletent optimorum fructuum u-
bertate. Age verò vir eximie, quantum conniti
potes, ad juvandum eos conare, qui sub eodem Chri-
sti vexillo in uno Spiritu, uno pariter animo
per fidem Evangelii decertant. Fac ostendas
patriæ nostræ non solum illud præclarissimi
genitoris lumen; sed etiam egregia Spiritus
dona, quæ consequutus es ex regeneratione. Nem-
pe, ut Apostolus monet, decet nos ἀναζωπυρεῖν
τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίσματα. Sed ego ineptus sum, qui
hæc ad te. Unde aveo cognoscere quem successum
habiturus sit schola vestra nova, quæ nuper insti-
tuta est Lugduni Batavorum. Intempestive for-
tasse in mediis belli tumultibus: ut tamen Lace-
dæmonii rebus et studiis suis bellicis semper Mu-
sarum quoque studia adhibuerunt. Et sunt in ma-
nu Dei consilia hominum et eventa. Sicut ait Pro-
pheta: Non est penes hominem via ejus; neque pe-
nes virum ambulantem, ut dirigat gressus suos.
Volebam tecum plura; sed in scholam retrahor. Va-
le vir egregie, et mihi præter ceteros dilecte
cum chara conjuge et universa [illegible] nostra fa-
milia. Idibus Februarii 1676. Bremæ

Puerorum custos jam
senescens
Johannes Molanus.

Gualtero Moriani Paëm 250]
genero Hamburgi.
Pax Christi.

Non clam me est quam sit mihi difficile, tam districto [= Arcv. a. 7:
rebus necessariis, absentium amicorum literis re- Nr. 261]
spondere: ausus sum tamen nuper, quasi abundarem
otio, te virum elegantioris eruditionis, scholastica epi-
stola provocare. At nunc postquam tua mihi
est reddita, non minus prolixa, quam elegans episto-
la meum factum videns, non satis officiose consti-
esse. Interea tua facta requitate persuasi egomet
mihi, nonnullam te mei semper in orbem reddentis

servitii rationem habiturum esse, qui quidem ab ori-
ente die ad occidentem, festo die et profesto, assidue
eque fauis, mirandum ubi multitudine persistere pon-
tificum puerorum: ubi si quid vani temporis con-
cedatur maligne, ipsum mihi servo, ut ad me
redeunt, tamquam lapsi, confectique boni: vix satis
est ad animum recipiendum; quo fit, ut ne profes-
tum quidem amicorum desideriis, aut studiis
superesse possim. Sed valeant excusationes.
Certe quod hic meum Reinero erat, vestes qui
mihi primam ad te scribendi materiam praebu-
it: scribendum erat scilicet aliquid eorum, de
quibus vel antea, vel ipse scripsisti, fieri certi-
ores. Intelligis puer animum studii, et praece-
ptores suos reveretur. Spero vos his annis
paucis intellecturos, neque nobis fidem, neque ipsi
ingenium defuisse. Tales nobis secundae res
sunt, Dei beneficio, tum domi, tum publice. Vehe-
mentes permultis molestos esse monachos quosdam,
qui clamore importuno piorum animos vexave-
runt, et bonorum familias dissipant, quibus condu-
cti fuerant aedificandis. Neque vero tristissimi
casus peregrinorum, eos ad misericordiam redu-
cunt: neque mites cum obsequiis, tolerantia, bene-
ficiis: nimirum ex eo sunt genere bestiarum, quae
numquam cicurantur. Sinite illos (ait Servator)
quia caeci sunt caecorum duces. Excaecavit enim
Deus oculos eorum et induravit corda, ne vide-
ant lucem vitae, ne convertantur ad Dominum
et ipse sanet eos. Fideles autem Christi custo-
des merito maximi facimus: Larvas nihil mo-
ramur frustra magnificis sese titulis vendi-
tant, qui Spiritu et ornamentis Jesu Christi
familiarium destituuntur. Melius consultum
est Ecclesiae huic nostrae, tametsi intelligo
vestros istos clamare saepe, clamare sonitu
terribili, Bremam quanta est Sacramenta-
riis erroribus absorptam esse. Et si sic errent
omnes, qui

324

omnes, qui nobis bene volunt. Gaudeo a me non procul abesse tempus, quum de cursu vitae statio ex ista obtrectantium hominum pertinacissima colluvione discedam. Equidem bona spe nitor, et in Dei patris per Jesum Christum gratuita benevolentia placide acquiesco. Quod de Graecis ait M. Tullius, contentiosos magis eos, quam veritatis studiosos fuisse, idem de hoc nostro seculo verissime dici potest: Longe plus in eo esse odiosae contentionis: quam sincerae, veraeque pietatis. Sed habet tamen unum inaestimabile bonum, quod ex istis antiquis doctissimorum hominum accerrimis certaminibus caelestis doctrinae integritas, et arcanorum Dei mysteriorum pura veritas, nunquam clarius eluxit. Quamobrem agnoscamus bona nostra iisque ad salutem utentes, fruentes, gratis animis Deum celebremus, qui orientis nostrae mortiferam caliginem excussit, et exoptandam lucem scientiae salutis in animis nostris accendit. Sicut ait Propheta: Populus qui sedebat in tenebris: vidit lucem magnam. Sed unde mihi inudit tecum θεολογειν? Quidni autem et de rebus aeternis per epistolas colloquamur? ad quas a Deo patre nostro conditi, et ab ejus Filio Jesu Christo, liberalissime redempti sumus. Ego, mea conjux, et omnis familia valemus. Idemque tibi tuaeque dulcissimae uxori et patri, matrique Feinecii, reliquisque amicis precamur. Vale 5. Nonas Martij 1576. Bremae in schola inter lectionum curas

Custos puerorum
Johannes Molanus.

de 1576. [margin]

Doct. Caspari Oleviano Heidelbergae. 251)

[= Mscr. a. 7. Nr. 262]

Pax Christi.

Doctor eximia eruditione & pietate, cui me scio et fateor multis nominibus obstrictum esse, quum mihi sit oblata petendi mei cujusdam bene ficio, optabilis occasio: Non potui hinc M. ton nio Salebaryso Rigensi Christianae hospitalitatis